¶ Considerās ionathās maliciam ꝛ iram patris sui saul cōtra dauid surrexit a mensa iratus ꝛ non cōmedit panē illo die. i. Regū. xx.

¶ Audita parabola nathā dauid iratus indignacione cōtra hoiem illum dixit viuit deus qm̄ filius mortis est qui hec fecit. ij. Regū. xij.

¶ Helizeus iratus fuit cōtra ioas regē isrl̄ eo ꝙ nō percussisset terrā sagittam quīquies aut sexies vt totā siriam destrueret. iiij. Regū. xiij.

¶ Audiēs neemias clamorē populi ꝓpter vsuras quas exigebāt optimates iratus est nimis. Neemie. v.

¶ Audita qrimoīa hester ꝙ amā oēs iudeos occidē parabat assuerus rex surrexit irat⁹ de loco cōuiuij. Hes. vij

¶ De ira mali hoīs.

Ira mali hominis fugienda est quia semper viciosa est. Iratus caym eo ꝙ munera fratris sui accepta essent occidit eū Genesis. iiij.

¶ Audiēs saul post victoriam dauid cōmēdari irat⁹ est ꝛ displicuit ꝑmo in oculis eius. i. Regū. xviij.

¶ Cū excusasset ionathas dauid apd patrē suū saul irat⁹ saul dixit ad eū filij mulieris virū vltro rapientis. i. Regū. xx.

¶ Venit achab rex isrl̄ in domū suā indignās ꝛ frendēs sup qd̄ locutus naboth scʒ ꝙ nollʒ vineā sibi cōcedere de cōsilio iezabel iussit eū lapidari. iij. Regū. xxi.

¶ Post salubre cōsiliū helisei iratus naamā recessit. iiij. Regū. v.

¶ Separauit amasias exercitū effraym qui venerat ad eū pro eo scʒ ꝙ malus erat nec voluit ꝙ secū ad bellum veniret ac illi vehementer irati cōtra iudā reuersi sūt in regionē suā ij. Parali. xxv.

¶ Ozias rex iuda iratus sacerdotib⁹ ipm arguentib⁹ mi[illegible]atur eis dē. ij Paralipominon. xxvi.

¶ Cū reuersus esset senacherib fugiens a iudea iratus mltos iudeos occidit Thobie. i.

¶ Dicente thobia de hedo balātē vides ne forte furtiu⁹ sit vxor ei irata respondit manifesta ē vana spes tua Thobie. ij.

¶ Cū audisset holofernes ꝙ filij isrl̄ prepararent se ad resistendum sibi furore nimio exarsit in iracundiam magnam. Judicum. v.

¶ Cū dixisset achior magnam potēciam dē isrl̄ irati sunt magnates holofernis et cogitauerunt ipm interficere. Judith. v.

¶ Jheremia ꝑdicāte veritatē irati sūt pricipes iuda et miserunt eū in carcerem Jheremie. xxxviij.

¶ De ydolatria.

Videns popul⁹ israhel ꝙ moram faceret moyses in mōte dixit ad aaron fac nobis deos qui pcedāt nos. Exodi. xxxij.

¶ Fornicatus est popul⁹ isrl̄ cū filiabus moab q̄ duxerūt eos ad sacrificia deoꝝ suoꝝ. Nu. xxv.

¶ Mortuo iosue filij isrl̄ seruierūt baalim et astaroth. Judicū. ij.

¶ Cū senex fc̄us eēt salomō seqbat deos alienos cōcubinarū suarū ꝛ adorauit eos vt patet. iij. Regū. xi.

¶ Jheroboā fecit duos vitulos aureos ꝛ dixit ecce dij tui isrl̄ q̄ deduxerūt te de terra egipti. iij. Re. xij.

¶ Achab rex seruiuit baal et adorauit eum. iij. Regū. xvi.

¶ Edificauerūt viri de iuda aras et

ſtatuas et lucos ſuper omnem colle
excelſum et ſubtus omnem arborem
frondoſam .iiij. Re. xiiij.
¶ Tranſlatis filijs iſrahel in aſſirios
collate ſunt diuerſe gentes in ciuita
te ſamaria ⁊ vnaqueqꝫ fecit deum ſu
um .iiij. Re. xvij.
¶ Sennacherib rex aſſiriorum cum in tem
plo adoraret deum ſuum duo filij e
ius percuſſerunt eum gladio. iiij Re. xix
¶ Manaſſes rex iuda erexit aras
baal et adorauerunt omnem maliciam
celi. iiij. Re. xxi
¶ Nabuchodonoſor fecit ſtatuam au
ream et precepit vt omnes adorarent
eam. Danielis. iij.
¶ Darius rex perſarum precepit vt nul
lus aliquid peteret infra tres di
es nec a deo nec a homine niſi ab e
o. Danielis. vi.
¶ Erat pre ſolum in babilone quod rex et
alij quotidie adorabant et cum daniel
hoc ſubuertiſſet ipſi babilonij draco
nem adorauerunt. Danielis. xiiij.
¶ Anthiochus iuſſit edificari aras ⁊
templa. Machabeorum. i.
¶ De iactancia.

Gaal filius obeth dicebat ſoci
is ſuis quis eſt abymaleth ⁊
que eſt ſichem vt ſeruiamus
ei vtinam daret aliquis populum iſtum
ſub manu mea. Iudi. ix.
¶ Sampſon leonem in heremis lacera
uit nec tamen tantam probitatem iu
dicauit. Iudi. xiiij.
¶ Golyad philiſteus exprobrabat
iſrahel. i. Re. xvij.
¶ Adonias filius dauid et agith ele
uabatur dicens ego regnabo ⁊ parum
durabit regnum meum. iij. Re. i.
¶ Benadab rex ſirie miſit regi iſra
hel dicens hec faciant michi dij et hec
addant ſi ſufficeret puluis ſamarie pu
gillis omnis populi qui ſequitur me
iij. Regum. xx.
¶ Rapſaces ex parte regis aſſiriorum
dixit numquid liberauerunt dij gencium
terram ſuam et vos de manu regis aſſ
iriorum. iiij. Re. xviij.
¶ Holofernes dixit ad achior cum p
cuſſerimus omnes quaſi hominem v
num tunc et ipſe cum illis gaudijs aſſi
riorum interibis. Judich. vi.
¶ Aman conuocauit amicos ſuos ⁊ expo
ſuit illis magnitudinem ſuam. Heſter. v.
¶ Heliu dixit multa verba iactanci
e. Job. xxxvi.
¶ Oſtendam vobis ſapienciam meam
¶ Nabudonoſor dixit tribus ſocijs
danielis qui noluerunt ſtatuam eius
adorare quis eſt deus qui poſſit eos
de manu mea liberare. Danielis. iij
¶ Deambulans in aula babilonis na
buchdonoſor ait nonne hec babilon
ciuitas quam edificaui in domum regni
in robore fortitudinis mee et in gloria
decoris mei. Dani. iiij.
¶ Audiuit ſeron quod congregauit iudas
eccleſiam fidelium et ait faciam mihi no
men et debellabo iudam ſed contrarium
accidit. i. Mach. iij
¶ Demetrius filius demetrij miſit
ad ionatham dicens deſcende ad nos
in campum et agrediemur illic inuicem qu
oniam eſt virtus bellorum et victori
a et diſce quis ſum ego ſed tamen ma
le accidit ei. i. Mach. x.
¶ Nichanor contra iudam pugnatu
rus vocauit negociatores promittens
ſe pro vno talento nonaginta manci
pia iudeorum. i. Macha. iij.
¶ Interrogauit quoque iudeos ſi eſt
potens in celo qui imperauit agi dies